

Kreis  
Büren.  
S. 116

(1182—83) März 17 Velletri.

[5]

Papst Lucius III. nimmt das Kloster Möllenbeck in apostolischen Schutz.

Lucius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Magthildi abbatissae ac conventui de Mulinpeche | salutem et apostolicam benedictionem. Virginibus sacris, que sub habitu religionis Domino placere desiderant, tanto propensius debet | adesse apostolice sedis presidium, quanto pro fragilitate sexus minus videntur se posse tueri. Ea propter, dilecte in Domino filie, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, monasterium vestrum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum possessiōnibus et omnibus bonis, que in presentiarum iusto noscitur titulo possidere vel in futurum iuste poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villam ipsam de Mulinpeche, quam bone memorie Hiteburg mulier et F. presbiter, cum ipsum monasterium fundaverunt, ei pia devotione dederunt cum omnibus pertinentiis suis, preterea decimas de centum et viginti aratis, quas bone memorie Trogō quondam Mindensis episcopus de assensu capituli sui sub pensione quinque solidorum exvolvendorum altari episcopalē ecclesie annuatim ipsi monasterio assignavit, ita quod semel in anno eo modo episcopus, qui pro tempore fuerit in Mindensi ecclesia, recipiat ibidem, quo in ceteris locis sue diocesis recipi solet; et idem episcopus sit perpetuo mundiburdus ipsius cenobii, nisi episcopus mundiburdio ipso in dispendium cenobii videatur abuti, quia tunc liceret eis mundiburdium alium invenire, salva electione abbatisse, quam conventus debet libere celebrare, sicut rationabiliter statutum est et hactenus observatum atque in scripto predicti episcopi et aliis instrumentis ipsius ecclesie plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Velletri XVI KI. Aprilis.

Orig. Bleibulle ab; gelbfeidene Fäden erhalten. Schr schmale Plica. Nur Lucius in verlängerten Buchstaben; das L außerdem betont. Desgl. betont E (in Ea propter). Ohne Jahresstag. Rep. XII Ya<sup>1</sup> Nr. 1. Auf Rückseite feinerlei Vermerk, nur 15. Jhd.: Apostolica confirmatio, quod episcopus Myndensis dictus Trogō centum et viginti aratrorum decimas contulit huic monasterio. — Über Drucke vergl. Jaffé<sup>2</sup> Reg. pont. 14729. Außerdem Negest bei Finke, Papsturkunden Westfalens, Nr. 137.